

ut videtur diversus ex auriculis fol. amplissimis et invol. squamis exterioribus dorso setoso-subaculeatis. (v. s.)

6. *S. CILIATUS* (Lam. fl. fr. 2. p. 87. Picard diss. p. 13. cum icon.), caule erecto glabro aut rariùs ad apicem piloso-glanduloso, foliis caulinis amplexicaulibus argutè dentato-ciliatis runcinatis aut indivisis, auriculis acuminatis, involucribus pedicellisque glabriusculis, achæniis secùs nervulos transversè muriculato-rugosis. (I) in cultis Europæ et (fortè migrata) totius ferè orbis. Species, ut *S. fallax*, valdè polymorpha, semper tamen mitior. Huc referendi sunt *S. oleraceus*  $\alpha$  et  $\beta$  Linn. sp. 1116. *S. oleraceus*  $\alpha$  DC. fl. fr. n. 2895. *S. oleraceus* Wallr. sched. crit. p. 431. OEd. fl. dan. t. 682. Reichenb. fl. exc. 1. p. 234. *S. asper* Blackw. herb. t. 30. Gærtn. fr. 2. p. 360. t. 158. n. 6 non Fuchs. Bess., etc. *Hieracium oleraceum* Scop. carn. n. 975. *S. lævis* Vill. dauph. 3. p. 158. *S. oleraceus* A. B. C. D. E. Wallr. cat. comp. n. 362. Nec fortè satis differt *S. Sundaicus* Blume! bijdr. p. 888. Variat caule simplici aut ramoso, lævi aut apice piloso-glanduloso, foliis indivisis aut variè pinnatifido-runcinatis, ciliis molli-bus aut subrigidulis, etc. Conf. variationes in Wallr. et Picard ll. cc. (v. v. et s.)
7. *S. FALLAX* (Wallr. sched. crit. 432. cum icon.), caule erecto glabro aut rariùs ad apicem piloso-glanduloso, foliis amplexicaulibus argutè elongato-dentatis runcinatis aut indivisis, auriculis rotundatis, pedunculis involucribusque basi subhispidulis glabrisve, achæniis lævibus utrinque trinervulatis. (I) in cultis Europæ et (fortè migrata) totius ferè orbis. *S. spinosus* Lam. fl. fr. 2. n. 81. Picard diss. p. 10 non DC. Species quoad divisiones et spinescentiam foliorum, numerum capitulorum, etc., polymorpha, variationes per plurimas complectens, nempè huc referendi: *S. asper* Fuchs. hist. 674. ic. fl. dan. t. 893. opt. Bess. gal. n. 925. Reichenb. fl. exc. 1. p. 274. Schkur handb. t. 256. ic. fr. non Blackw. nec Gærtn. *S. oleraceus*  $\gamma$  et  $\delta$  Linn. sp. 1117. *S. oleraceus*  $\beta$  asper DC. fl. fr. n. 2895. necnon *S. umbellatus* E. Mey. in Drege coll. *S. ferox* Wallr. cat. comp. n. 358. *S. oleraceus* var. F. et G. Wallr. cat. comp. n. 362. *S. infestus* Poepp. pl. exs. n. 236. *S. asper* Drege! coll. exs. *S. umbellifer* et *S. glaber* Thunb. fl. cap. p. 614 ex Less. Quoad variationum characteres conf. Wallr. et Picard ll. cc. (v. v. et s.)
8. *S. CUSPIDATUS* (Blume! bijdr. p. 888), glaber, radicibus napiformibus, caule erecto simplici tereti, foliis runcinato-pinnatifidis auriculis rotundatis amplexicaulibus aristato-dentatis, summis apice cuspidato-acuminatis, pedicellis nudis subumbellatis 1-cephalis, achæniis lævibus utrinque 3-nervulatis. (I) ? ad cataractas fluvii Tjikundul in montosis Gede ins. Javæ legit cl. Blume. Herba omninò *S. fallaci* affinis, sed mitior et radices napiformes ex cl. Blume. (v. s.)
9. *S. ERYNGIODES*, caule erecto tereti glabro apice ramoso, foliis infer. . . . . summis glabris profundè cordato-amplexicaulibus orbiculatis, profundè spinoso-dentatis, paniculæ laxæ pedicellis subumbellatis setis glandulosis hispidis, invol. glabris, achæniis oblongis compressis utrinque 5-nervulatis lævibus aut sub lente tenuissimè submuriculatis. (I) ? in ins. Mauritii legit cl. Bouton. Plantæ pars inferior mihi ignota. An fortè *S. fallacis* var.? (v. s. comm. à cl. inv.)
10. *S. CAROLINIANUS* (Walt. fl. car. 192. Ell. sketch 2. p. 255), glaber, caule erecto, foliis lanceolatis acutis undulatis spinuloso-dentatis basi auriculatis et semiamplexicaulibus, capitulis subumbellatis, achæniis lævibus utrinque subtrinervulatis. (I) in pinguibus et humidis ad ripas fluviorum in Carolinâ (Ell.) et in Louisianâ (Teint.). Cor. flavæ. Achænia compressa striata ferè lævia. (v. s.)
11. *S. SPINULOSUS* (Big. fl. bost. ed. 2. p. 292), caule erecto lævi pauci-angulato, foliis amplexicaulibus oblongis undulatis dentato-spinulosis, capitulis subumbellatis, invol. paululùm piloso-glandulosis. (I) in Americæ borealis paludibus salsis circà Bostoniam. Achænia indescr.
12. *S. WALLICHIANUS* (DC. in Deless. ic. sel. 4. t. 97), glaber, radice perpendiculari, caule erecto tereti, foliis elongatis obtusè auriculatis semiamplexicaulibus pinnatifidis spinuloso-dentatis, lobis ovatis, terminali elongato, pedicellis